



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Jesu Christi

Avancini, Niccolò

Coloniae Agrippinae, 1689

Ad Lectorem Religiosum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59970](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59970)

AD LECTOREM RELIGIOSUM.

Oeconomiam totius Opusculi paucis accipe. Ad-
ventus tempore ea attribuo quae Incarnatio-
nem, & Conceptionem Dei filii contingunt. A Na-
tivitate Domini ad Dominicam Septuagesima ea
complector, quae sunt Infantia & Pueritia Chri-
sti. Hinc usque ad Pascha, ut tempore serviamus
Passionem expendo. Tum ad Pentecosten, & Octa-
vam corporis Christi, quae sunt ejusdem temporis.
Denique per octiduum expensis Dei attributis, re-
liquam Christi vitam, miracula, parabolas, &
doctrinam ordine ferè quatuor Evangeliorum per-
sequor.

Ne verò materia unquam deficeret, summum,
quod est cujusque temporis accipi adeoque Adven-
tui quatuor, tempore post Epiphaniam sex, post
Pentecosten viginti octo integras hebdomadas assi-
gnavi.

Non edjicio meditandi methodum, quam vel
passim habes, vel ex ipsis S. Patris nostri Exercitiis
facile addidiceris. Placuit tamen iis, qui hoc Opus
demandarunt, ut affectuum quorundam formuias
suggererem. Horum ut obtemperem voluntati,
primum tibi tria affectuum alphabeta juxta res
perfectionis Religiosae vias digesta exhibeo, quorum
familiarem usum sanè fructuosum sum expertus:
deinde verò eorum, qui in quaque via sunt praecipui,
exempla aliqua subjiciam.